

- 1 Describere proposui, ut longa sit memoria,
Quod Lonbardia nobillis tuetur sua menia
Ab alienis gentibus, honorem atque predia.
- 2 Quod¹ quidem temerarium videtur et audatia
Pro rei magnitudine et gravitate nimia,
Et quia² noster calamus non sufficit ad talia.
- 3 Ab illo ergo petimus, ut possimus³ perficere,
A quo subsistunt omnia, esse dat atque⁴ vivere,
Et qui precepit homini hiis nomina inponere.
- 4 Est Lonbardie regio sic fertilis in omnibus
Bestiis atque⁵ fructibus, volatili et pissibus,
Ut eis⁶ quibus indiget habundet gens pre omnibus.
- 5 Hec gens monte⁷ circundatur, fluminibus irigua.
Estat hic temperies et hyemps est exigua.
Civitates vix triginta, castella sat configua.
- 6 Set gens que ibi maxima, honore usa proprio,
Virtute atque viribus repleta et⁸ ingenio,
Affligi nunquam patitur sub servili dominio.
- 7 Suetam⁹ reverentiam prebere tamen studuit
Romanis dignitatibus, quam gens antiqua prebuit,
Set ultra istam progredi nequaquam pati voluit.
- 8 Hanc subiugare cupiunt set reges callidissimi
Hinc Gallorum, hinc Grecorum, hinc principes doctissimi,
Ut sit¹⁰ subacta legibus cyrographi durissimi.¹⁰
- 9 Non armis unus¹¹ dimicat, sed tantum cum potentia,
Alter leoni similis iam fremit¹² in Liguria,
Deducens secum homines plusquam viginti millia.
- 10 Hisque¹³ Papia iungitur¹⁴ et Monferati marchio
Et multi capitanei, quos nominare nescio,
Dicentes Alexandriam vincendam die tercio.
- 11 Castellis atque manganis circumdant eam propere¹⁵.
Nullus exire potuit, nec¹⁶ intrare permisere¹⁷.
Sex mensibus sic permanet; nil potuere facere.

1) 'Quo' Hs. 2) 'quod' Hs. 3) 'hoc' setzt die Hs. hinzu.
 4) 'et' Hs. 5) 'ac' Hs. 6) 'eius' Hs. 7) Das in der Hs. fehlende
 Wort habe ich ergänzt. 8) Fehlt Hs. 9) So, nicht Consuetam ist
 zu schreiben. Denn wie gebräuchlich in der rhythmischen Poesie las der
 Dichter 'suëtam' dreisilbig. 9) 'hec' setzt die Hs. hinzu. 10) Hiernach
 könnten möglicherweise eine oder mehrere Strophen ausgefallen sein, doch
 ist das nicht sicher. 11) 'unus' zweimal geschrieben in der Hs. Der
 'unus' scheint der Kanzler und Erzbischof Christian zu sein, der ohne Heer
 in Tusciën im J. 1174 thätig war, dann sich gegen Bologna wandte. Von
 ihm ist auch nachher die Rede. 12) 'fremet' Hs. 'Alter' ist natürlich
 der Kaiser. 13) 'Hinc' Hs. 14) 'iungitur' Hs. 15) 'prospere' Hs.
 16) 'ne' Hs. 17) 'nisi misere' Hs.